Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



230

familiarter Intrare ad pilatum ; Interemoratu illo officio funeri
exhibendo minus curasse de iudaeis : quamuis soluere & in dra
audiendo eos immitiras deuitare ; [XXIII]
Sequitur matheus ; & accepto corpore ioseph inuoluit illud
in sindone munda & posuit illud in monumento suo nouo qd ex
ciderat in petra & aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti .
& abiit ; Marcus sic ; Ioseph autem mercatus sindonem . & depo
nens eum inuoluit in sindone & posuit in monumentum qd erat
excisum de petra ; & aduoluit lapidem ad ostium monumenti ;
Lucas sic ; Et depositum inuoluit sindone . & posuit eum in monumento
excisso . In quo nondum quisquam positus fuerat ; Ex his tribus
nulla questio dissensionis oriri potest ; Iohannes autem sepulturam
dni . Non a solo ioseph . sed a nicodemo quoq: curata fuisse
commemorat consequenter enim a nicodemo incipiens ita
narrat ; Venit autem & nicodemus qui venerat ad ihm nocte
primum ferens mixturam murre & aloes quasi libras centum ;
Deinde sequitur adiungens ipsum ioseph & dic . Acceperunt
ergo corpus ihu . & ligauerunt eum linteis cum aromatibus .
sicut mos iudaeis est sepelire ; Erat autem in loco ubi crucifixus est
hortus . & in hortu monumentum nouum in quo nondum quisquam
positus erat ; Ibi ergo ppter parasceuen iudaeorum quia iuxta erat
monumentum posuerunt ihu . Neq: hic aliquid repugnat recte
intellegentib: neq: enim illi quidem nicodemo tacuerunt . ad fir
mauerunt a solo ioseph dnm sepultum . Quamuis solum commemora
tionem fecerint autem quia illi una sindone a ioseph inuolutum
dixerunt . propterea prohibuerunt intellegi & alia linea potuisse
ad ferrum nicodemo . & superaddidit . uterum narrat iohannes
quod non uno linteo . sed linteis inuolutus sit ; Quamuis
& ppter sudarium qd capiti adhibebatur . & instratas quibus
corpus totum alligatum est . quae omnia de lino erant ; & iam
si una sindo ibi fuit uerissime dici potuit ligauerunt eum linteis .
Linea quippe generaliter dicuntur quae de lino texuntur ;